


43885



268



3.
Benedictæ Oleæ Ramo,

(S.T.)
DN.

Johanni Andreae
Oleario,

Reverendiss. atq; Sereniss. Principi ac Domino

Dn. A U G U S T O,
Postulato Primatus & ArchiEp. Mag-
deb. Administratori, &c.

à Concionibus Aulicis,

Summos in Theologia Honores Doctoremq;
Gradum

In illustri Salanâ Academiâ, Publicâ eâq; seculari
III. IDUS Jul. A.O.R.M. DC. LXIV.

Solemnitate


Feliciter & meritò capeffenti,

BENEDICUNT

Oleæ Congeneres Gratulantes!

HALIS SAX.

Literis Salfeldianis.



GRandævo quod avo viventi haud obtigit olim,
Theiologi ut natum Doctoris honore coruscum
cerneret & mystæ sibi sancto munere junctum,
dum Pater ingenitus donat, patriæq; adamatæ
Augustus pater exoptat, patresq; Salanæ
conscripti expediunt, patribus vel mille negatum,
Jane Andrea & avorum & patris nomine gaudens,
(absentem mœrere nepos denatus, at isto
quem primogenitus facit exultare decore)

Quid potius coner, nisi dignas pangere laudes
Statori summo, mea quod tibi fusa Magistro
nunc rata vota dedit, patri gratans soboliq;?

Ergò tibi summæ Pater Optime Maxime laudis
Gloria fit soli, cum Nato & Flamine dio,
Te decet omnis honos, sint omnia nostra decori
sacra tuo, devota gregi, gregis atq; saluti,
quem Gogicos contra porcos vulpesq; tuere:
Te dante ut valuit benedictio avita- paterna:
Sic servis soboliq; favens benedicere perges
Ordine quisq; suo ut juxta alma altaria Christi
Æde soli atq; poli lætum præana canamus!

GOTTFRIDUS OLEARIUS, D. S.



Herculeus labor est unum certare duobus,
Cadmeos fratres vincere, major erit.

Turcas, Papales, ideas, Ἑρηνενοαζῆς;
Est labor unius, dante Joële, pii.

Octo lustra cadunt me depugnante magistro
Ausibus ingenuis, nec tamen exanimor.

At vos, Gallinæ natos, ut dicitur, albæ,
Ter majora manent, Laurea trina docet.

Oppugnate hostes! comitabor fidus Achates,
Scriptis & votis suppeditante Deo.

*Ex Fratre Nepoti de summo Theologiae Gradus
in hac familia Quarto gratulatur
animitus*

M. Tilemannus Olearius.

*Admodum Reverendo
Dn. DOCTORI,*

Lux Generis, fax Aulae ardens, quem gemmea fama
Dicet in Eois Hesperisq; plagis,

Ethicus esto meo non esto Geometra metro,
æstimium ex animo, haud pondere, sume meo.

Lætor & applaudo, quot alam pia gaudia fibris
vel tacitum prodet carminis hæc brevitatis.

Nam sub spiritibus calor ipse Poëticus exit
nil reliquum venis hæc nisi vota manent:

Macte tuis splendescere notis. Sic itur ad astra.
Sicq; immortales æquiparantur Avi;

*inter medias applaudentium voces, quanta
potuit congratulatione
accin.*

M. Joh. Gottfrid Olearius,
ad B. Virg. Ecclesiast.

Non lenta sumis sicut Arbor augmina
Minerva quam sibi dicavit propriam,
Sed altius Te tollis humo singulis
Nobis id advertentibus. Jamq; æthera
Sublimiore tangis, euge! vertice,
Mirantur incrementa tanta singuli,
Sed desinent fortasse, quando noverint,
Frondes in altum quæ tuas sis promovent,
Hic nempè vendicat sibi multum insita
Vis ingenI, virtusq; inhærens pectori,
Sed pondus addunt hisce magnum, quas DEO
Avus paternus fudit olim jugiter,
Piæ preces. Nec defuit cari PATRIS
Cultura, cujus fama crescit indies.
Accessit AUGUSTI jubar mox splendidum
Teq; induit serenior Lumine,
Te ut non modò virore commendes tuo
OLEA velut, sed & rubentes aureo
Ostro feras fructus *Salam* propè *inclytam*.

*De quâ felicitate insigni Novello DOMINO DOCTORI
gratularur patruelis*

**M. Johannes Olearius, Facult,
Phil. Lips. Assessor, & Gr. Ling. P.P.**

F I N I S.

Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,
nicht in PICA

V077





leæ Ramo,

Andreae rio,

q. Principi ac Domino

U S T O,
& ArchiEp. Mag-
tratori, &c.

s. Aulicis,

Honores Doctoremq;
um

niâ, Publicâ eâq; seculari

R. M. DC. LXIV.

nitate

tò capeffenti,

ICUNT

es Gratulantes!

SAX.

feldianis.